UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

90. Scholares an feudorum in causa feudalibus judicibus subjiciantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

DUbitandi ratio eſt, quod Epiſcopus in aliena Diœceſi exiſtens beneficia ſua
vigore Alternativæ in Diœceſi vacantia conferre non poſſit. *Hieron. Gonzales.*
de alenat. Epiſcop. Reg. 8. glo. 43. à pari autem procedunt eſſe extra Diœceſim, & in
loco Exempto, *Jo. And. cap. 2. num. 5. & 6. & ibidem Gemin. num. 24. Philip. Franc. n.*
10. de conſtit. in 6. veruntamen placuit quod conferre poſſit, *Hieron. Gonzales d. Reg. 8.*
gloſ. 43. num. 187. ratio eſt, quia Ordinarii poſſunt actus voluntarios Juriſdictionis
extra ſuam Diœceſim exercere, ſignanter quando in ejuſmodi Actibus, cauſſæ cogni-
tio non vertitur, effectuſque illorum dirigitur in propriam Diœceſim, ubi eſt benefi-
ciorum collatio, aut etiam dimiſſorialium conceſſio. *Auguſt Barboſ. in remiſſ. ad Conc.*
Trident. littera Y. Stephanus Gratianus diſcep. forens. cap. 127. Hier. Gonzales d. Reg. 8.
gloſ. 62. num. 11. & 12. Neque obſtat ratio dubitandi: quia id procedit per modum
æquiparationis impropriæ, ac quo ad certos effectus, ſecus verò verè & propriè lo-
quendo. *Fel. cap. grave num. 2. de offic. Ordinarii. Rota deciſ. 107. num. 4. part. 1. diverſo-*
rum. Gonzales. d. gloſſ. 43. num. 191. Confirmarique poſſet hæc concluſio etiam iis quæ
fuſius ſupra attulimus *quæſt. 5. & 6.*

QUÆSTIO LXXXIX.

Prælati Exemptorum an teneantur ad defenſionem ſuarum Exemptionum.

TEneri etiam in foro conſcientiæ reſpondit Navarrus *conſ. 15. num. 6.* ibi: tum
quod omnis Prælatus tenetur coram Deo ad jura Eccleſiæ ſuæ defendenda *c.*
de præbendis.

QUÆSTIO LC.

Scholares an Feudorum in cauſſa, feudalibus Judicibus ſubiiciantur?

AFfinis quæſtio eſt hæc præcedentibus, in qua reſpondeo, Exemptionis earum
privilegio non obſtante, Scholares feudalium Juriſdictiones declinare non
poſſe, quod multis ſtabilit auctoritatibus Henricus Roſendal. *de feudis c. 12. Concl. 1.*
n. 16. Rebuff. de Privileg. Scholarum Privileg. 153 limit. 1. Vullenis lib. 2. cap. 2. n. 22. verſ.
volunt. etiam nonnulli. Schraderus de Feudis part. 10. ſect. 1. n. 10. Lucas de Penna leg. in
ſacris. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum lib. 12.

QUÆSTIO XCI.

Acta per Judicem incompetentem adverſus Exemptum, an ſuperveniente Juriſdictione confirmentur?

Reſpondeo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN